

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

in presulatu suo utebatur. Multe ibidem alte reliquie reseruantur quas omnes enumerare non est necesse.

Item aliud quoddam monasterium est in venecijs quod acruschirij appellatur. in quo corpus sancte **Barbare** requiescit in quadam capella marmoreo quodam sarcophago nunc studiose reconditum. quod prius in quodam altari in ecclesia reseruabatur. In alio quodam altari est os quoddam magni sancti **Cristo** feri.

Item in alia quadam ecclesia venecijs que ad sanctam **Marinam** vocatur sancta ipsa **Marina** tota. in quodam requiescit altari. de qua mira in vitaspatri leguntur.

Item in alia quadam ecclesia sancte **Lucie** venerabile corpus eiusdem sacre virginis ac martiris **Lucie** requiescit. adeo integrum et illesum. ut mamille eius videri et recognosci proprie valeant et distincte.

Item in ecclesia sancti **Zacharie** venecijs. corpus ipsius venerandi sacerdotis patris sancti **Iohannis** baptiste iacet humatum. Atque cum eo duorum quorundam corpora sanctorum. quorum nomina sunt in libro vite.

Ibi etiam pre foribus ecclesie eiusdem. est sepulcrum domini instar eius quod est **Ierosolimis** formatum.

Item venecijs in ecclesia parochiali vbi et patriarcha residere consuevit. multe sunt reliquie pre cioso et indulgentie maxime a pena et culpa. prefertim singulis per quadragesimam dominicis diebus.

Item ad sanctum **Marcum** eiusdem euangeliste corpus venerandum requiescit. Atque ibidem thesaurus venetorum in testudine quadam. summa cum diligentia reclusus.

Item duodecim corone. et. vij. pectora de auro. margaritis. saphiro. atque smaragdis etcetera.

Item sex magne et pre cioso valde cruces de auro

Item pileus ducis quo quilibet dux venetorum. singulari privilegio sine pro gatiua coronatur. et est precij inestimabilis.

Item duo candelabra aurea et magna. decem lapides pre ciosos habentia

Item cornu vni cuiusdam unicornis. et alias multa et varia pre ciosa ornamenta. opesque infinite. de quibus non est pre ciositas per singula differere

Item prope venecias ciuitas quedam est **Muranum** nuncupata. vbi vitra fiunt. Ibi in ecclesia parochiali in duobus altaribus multa iacent corpora sanctorum innocentium.

Item vltra memorata ciuitate aliud est quoddam opidum **dorzellan** appellatum. vbi in quadam ecclesia corpus sancte **Cristine** virginis et martiris fertur conseruari. quod multo prius tempore in castro **Bulseno** non longe a viterbio quieuit. vbi et ipsa martirium suscepit.